que est causa putredinis Causa
est quare ratione indigestionis generantur
humores grossi et viscosi qui sunt
causa opilationis ut dictum fuit
in febre effimera ex opilatione

Aut per dispositionem

hic ponit nonam causam pu-
tredinis et dicit quod sit aer pe-
stilencialis et locus habitationis ponitur
limus et tanaquam Nota quod aer
poterit esse pestilencialis duobus modis
uno modo quando est putrefactus
in sua substancia ut aer circa
necrum et iuxta loca fetida
quia ille aer per anhelitum intrat
ad cor et inficit spiritus et humo-
res Secundo modo ratione sue nimie
qualitatis excedentis ut calidus nimis
in estate interficit homines re-
solvendo spiritus et humores Similiter
de frigidissimo in hyeme et iste
aer dicitur pestilencialis etiam
Et primo modo intelligit hic auctor al-
tum i. canabus

Et aliquando de eis

hic removet dubium dicens Nunquid
possunt esse plures cause pu-
tredinis simul / dicit quod sic

quā de qnto plures cause ad
vnū effectū concurrūt determi
cionis introducatur

Et plurimum 3

hic ostendit ex qua causa sit ple
putredo et diuiditur in tres
Primo facit hoc dicens Et putre
do aliqn fit vt plurimū propter
grossiciem eorū et viscositate
Nota quod cause putredinis sunt
triplices quedā remote quedā
immediate quedā magis propinque
Remote vt cibus extra et grosso
que male digeruntur vel male
separatur et multa de predictis sunt
causa remota Causa imediata
est calor extraneus corrumpens ca-
lorem naturalem in humido ra-
dicali et inducens suam similitudinem
et hoc dicit Ra 9 qto illud De
tribus vero Quedam propinqua quibus
non immediati vt opi° ex hu-
moribus grossis et viscosis et intus
sic loquitur Quia hic de causa
propinqua illi humores qui opilant
sunt humorum et spiritus retinentur
et inflamantur

Cause multitud

hic excusat se dicens aliquis
diceret postquam grossi et viscosi
humores et multitudo humorum
sunt causa opi°l quare non
demeas ista dicit quod note sunt
iste cause in 2a primi et ma-
ximum signum opilacionis est cum
corpus non est planum et tunc
membra sunt grauia quia non
opilacionis non potest recipere spiritum
multitudo et per oppositum leuium
est cum homo sentit se esse leue

Dubitatur vtrum

putrefactio possit esse in corpore
humano stante vita Et non
arguitur primo In illo in quo est ca-
piibens non potest fieri putrefactio
patet de se sed in corpore humano
stante vita est huiusmodi igitur patet
minor quia anima et calor naturalis
Secundo arguitur Sequeretur
quod in corpore humano possit fieri
iuuacio stante vita sed hoc est
falsum antecedens patet quia putrefactio
ad inuicem tendit terminatur quarto
metheororum falsitas consequentis
patet quia finis est frigidus
et siccus sed vita stat per calidum
et humidum vt patet de longitudine
et breuitate vite Tercio sequeretur
quod corpus humanum posset stare
sine calore naturali stante vita
quia in putrefactione corrumpitur
calidum naturale quarto metheororum
hoc est falsum quia per calorem naturale
stat vita prima primi doctrina 2a capitulo primo
2 3 vbi dicit quod vita stat per
calidum et augmentum per humidum
Quarto sequeretur quod natura
deficeret in necessariis falsum
patet 3° de anima antecedens patet
quia necessarium est corpus humanum
et quodlibet specium conseruari esse
Quinto sequeretur esset quia putredo
esset a calore aeris continentis
nos sed hoc est falsum antecedens patet
per diffinitionem putrefactionis quarto
metheororum vbi dicit Aristoteles
putrefactio est corrupcio calidi naturalis
in humido proprio a calore ambientis
falsitas patet quod putrefactio causatur

ex opilacon sed opilaco causatur
a frigido igitur no a calido
Sexto arguitur vel talis putre-
facto esset causa morbi vel acci[s]
morbi vel morbus / sed nullum
modorum illorum igitur / minor pz
quia no est causa morbi / quia
putrefacto sequitur morbum
sed opi[us] et ~~causam~~ causa p
~~[illegible]~~ cedit morbum nec est mo-
bus nec accidens morbi quia
illa sunt in membro vt patz
pmo de morbo / sed putredo est
in humore In oppositum est
Auic In tractatu pmi tao pro
de Circa illam questionem no
q putrefacto in corpe humano
est duplex Quedam e vlis
et illa est que est in toto cor[e]
et in omnibus humoribus membrorum
om Alia est putrefacto pti[c]
que solum est in vno humore
aut in pluribus et in vno me-
bro determinato / et quelibet istarum
est duplex / quedam est in fieri
quedam in facto esse Tunc sit
conclusio pma Que putrefacto
vlis in fieri potest esse i corpe
humano stante vita patet quia
possunt omnes humores extranea-
lari in corpe pt causam ptnalez
et tunc patet veritas conclonis
Secunda conclo Que putrefacto
vlis in facto esse no pt esse
in corpore humano stante vita
patet quia quam omnes humores
leprosi sunt cessaunt vita
esse in corpore vt patet ad sensu
Tercia conclusio Que putrefacto
ptcularis in fieri et in facto esse
potest esse in corpore humano
stante vita / patet illa conclo
aduertenti Et his patet ad
racones Ad pmam dicitur q calo
naturalis prohibet quantum potest
et quanto potest sed no semper
phibet Ad 2 am dicitur q
vlis in facto esse no potest
stante vita sed ptcularis Ad e[a]
~~[illegible]~~ dicitur q na vlis no desit
in necessariis ~~[illegible]~~
sed bene ptcularis et sic vno
alio respondetur q nec ptcularis
desicit in necessariis na h[abet] sua
instrumenta quibus se defende
potest quanto tpe potest Ad ter-
tium dicitur q est causa morbi
et accidens vt quando sequit p
opilacionem

Ergo quando

Concludit cas putredinis dicens
q quando ista que dicta sunt
p humor grossus multus viscosus
faciunt opilacionem tunc causatur
febris precipue si creatur in
venis que dicte sunt in litera
Aut post illos humores habitos
precipue fit febris Causa pmi
est quia racon opis retinent[s]
sui qui comprimunt calorem nale
aut phibent caldi nalis eue
com debitam vnde induratur
calor preter natam Causa 2i
est quia racon motus cibus antequam
sit digestus trahitur ad epar
et est causa opiois Ideo sentitur
grauitas maxima post comestionem
et ambulacion Causa tercia est
quia balneum racon caliditatis eius

cibum trahit ad membra an-
tequam fit digestus Causa quia calidum
et humidum est causa putrefactionis
Causa quarti est eadem quia calor
solis trahit cibum ad membra antequam
sit digestus Causa tertia ratione sue ca-
liditatis resolvit spiritus et calore
et fit indigestio Ideo opilatio
Causa quinti est quia calida ac-
cepta post cibum faciunt cibum
transire ad membra ante digestionem
et hoc si sumuntur in magna
quantitate Si autem in parva calefa-
ciunt orificium stomachi Unde patet
quia calidum est multum nocivum in
Causa sexti quia mala complexio
illorum membrorum est causa
indigestionis cibi in stomacho et epatis
Ideo generatur humor grossus frigidus
qui est causa opilationis ut dictum
est Ideo fit retentio fumorum cali-
dorum qui inducunt suam simili-
tudinem in spiritibus et humoribus
Ideo sunt causa febris quia
diminuunt calorem naturalem et au-
gent febrilem Nota quod splen stomachus
et epar sunt membra frigida que
generant grossos et viscosos humo-
res ex cibo Ideo fuit necessarium
est eis membris calefacientibus
epithimatibus et unguentis ut ad per-
fectum reducantur temperatam caliditatem
alias fit opilatio et per consequens fe-
bris putrida ut multotiens dictum
est Si autem illa membra sint
lapsa ad nimiam caliditatem per
oppositum debent epithimari cum frigidis
non ad rectificandum calorem ut docet
Avicenna in littera ne fiat qu° cibi
in eructationes fumosas et fiat febris

essentia ex nauseativa sacietate
et forte febris ethica propter
superflua calefactionem membrorum et
consumptionem humiditatum earum

Et putredo quinque

Prius posuit causas putredinis
in illa parte dividit putredinem
primo facit hoc / secundo distinguit
febrem putridam / Prima in duo
Primo facit unam divisionem putre-
dinis que sumitur ex parte humorum
Primo dicit quod putredo est duplex
quedam in toto corpore quedam in
uno membro determinato secundum rationem
eorum que ponuntur in littera scilicet ratione
debilitatis membri aut vehe-
mentie caliditatis sue aut
vehementie doloris Nota primo
quod putredo potest esse communis
corpori dupliciter Uno modo quia
est communis in omnibus membris
sic non intelligit hic Avicenna sed
hic fieri bene est sic / secundo modo
quod sit in humoribus existentibus
in venis que sunt toti corpori
quia totum corpus nutritur ex
humoribus in venis existentibus
que sunt communes toti corpori
quia totum corpus nutritur ex humo-
ribus in venis existentibus sic
Avicenna hic intelligit Secundo nota
quod putredo potest esse in aliquo
membro dupliciter Uno modo quod substantia
membri putrefiat ut in ulcere
corrosivo et quamvis hoc sit pp le
tamen sic non loquitur hic quia
ibi non sit febris Secundo modo quod
putredo sit in humiditate vel
humore existente in membro
et talis putredo potest esse in membro

triplicia de causa et de illa loquitur
hic primo ratione debilitatis
membri / quia quando est de-
bile propter quamcumque egritudinem
tunc debilitas sit magis non potest
convertere nutrimentum in
substanciam suam ideo corrumpitur
Secundo quia membra fortia
mittunt ad membrum debilitatis
superfluitates suas / quas membrum
ubi potest convertere et ideo
putrefiunt ibi Secundo fit a calore
preternaturali in membro existente
quia ille corrumpit calorem naturalem
in humido proprio Tercio modo fit
quia ad locum dolorosum fluunt
humores qui non possunt
converti a virtute membri id est
a nature regimine relinquuntur
et putrefiunt

Et humor retinens

Hic ponit auctor aliam divisionem
que sumitur ex parte humoris dicens
quod humor qui putrescit aut ab
eo elevatur vapor subtilis et
suavis ut est sanguinis et patet
textum in littera Nota tamen
quare vapor qui elevatur
a sanguine est subtilis et sua-
vis causa est / quia quod decidit
ab aliquo attestatur illi a quo
deciditur commento primi aphorismorum secundi Et sic
cessante tamen ergo sanguis sit
subtilis et suavis sic et vapo-
reus et non est fumosus quia
sanguis est suavis Similiter
et colera sit humor acutus et
amarus id est vapore fumosum
acutum quia est humor siccus
sed vapor qui elevatur a flegmate
est aquosus sed quia nulla est

sicca et terrestris ideo vapor ei-
erit fumosus ratione siccitatis et
et pulverulentus ratione terrestreitatis
Sed contra hoc arguitur videtur
quod sanguis non potest putrefi-
patet quia humor ille in quo
sunt cause prohibentes putrefactionem
non potest putrefieri sed sanguis est
huiusmodi igitur / minor patet quia est
multus id est non putrescit commento
methe secundi Secundo arguitur
idem de flegmate ille humor qui est
superfluus frigidus non potest pu-
trefieri patet quia caliditas est
causa efficiens putrefactionis
commento 12. 3e particule de partibus vero
idem dicit Aristoteles quarto metheororum secundi
flegma est huiusmodi patet dicto commento de
humoribus et per Galienum 2o de
morbo Tercio videtur idem de
colera ille humor qui est siccus
non potest putrefieri / patet
quia putrefactio radicatur in humido
tamquam in proprio materiali commento 12
2e particule de temporibus vero
sed colera est huiusmodi ut patet in
locis allegatis de flegmate Quarto
videtur idem de melancolia ille humor
qui est frigidus et siccus non potest
putrefieri sed melancolia est huiusmodi
igitur maior patet quia ab amba-
bus qualitatibus repugnat
putrefactioni sed minor patet per
Haly et Galienum locis allegatis
Ad primum respondetur concedendo
maiorem si totaliter prohibeant
putredinem Ad propositum dico quod
non totaliter quia non faciunt ad
impossibilitatem putredinis
quamvis ad difficultatem faciant
Ad secundum concedendo quod Ad huiusmodi

verum est naliter licet tamen potest esse
calidus accidentaliter per putre-
factionem Ad 3m concedendo a ore
ad mentem quod vinum est potencialiter
i. habet virtutem desiccandi
licet enim quilibet humor sit humidus
actu ut dicit Auicenna doc. Quarta
m° primo prima primi humor est et cetera
Ad quartum concedendo ut sequitur Ad
humorem dicitur quod verum est naturaliter
tamen potest esse calidus et humidus
dus accidentaliter scilicet per putrefactionem

Et putredo hic disti-
guit febres putridas et dividitur
in duo primo distinguit febres
facit hoc 2o ostendit quando febris
sit interposita et quando continua
Prima in duo primo distinguit febrem
putridam ex parte humoris Secundo
ex parte loci primo dicit quod pu-
tredo colere facit 3anam et per
in loco Nota primo quod illa loca
7 que circuit causa eius exponitur
dupliciter primo quod dicit hoc
propter febres continuas et tunc
est sensus quod intra facit continuam
i. febrem que affligit de quarto
in quartum et que circuit causam
eius ut continua continua quia continuus
illa continue affligat pacientem
quamdiu durat tamen magis de continua
in continuam Similiter de cottidiana
racione qualibet diei tamen magis
in hora flacionis vel aliter et
que circuit 2e per alios humores
qui possunt facere eos periodos
tunc est sensus intra et que
circuit causam eius ut alii humo-
res a intra mouentur de quarto
in quartum ut colera multum
grossa potest moueri de quarto in quartum
vel de quinto in quintum Similiter

de flacione non potest ita grossa esse quod
moueretur de 3o in 3m vel aliter
Similiter de febribus compositis
Secundo dicit quod motus determinatus humo-
ris ad faciendum febrem putridam
habet duas causas vna est principalis
alia disponens Causa principalis
est proporcio nature ad humorem
ut dicit Auicenna quarto colliget cap°
de cura febrium putridarum dicit quod
ideo colera mouetur de 3° in 3m
quia natura est proporcionata humori
per sic potest moueri ut patet
de portatore ponderis quare
non volueris quia non potest Similiter
de humoribus quia proporcio est nature
et flacionis sic quod quolibet die mouetur
Similiter de aliis sic° Causa
disponens est quadruplex prima
est multitudo et paucitas humoris
quia humor multus tarde mouetur
ad putredinem quam paucus et ideo
cum flegma sit plus habundans in
corpore quam colera vel melancolia
Ideo citius mouetur ad faciendum
febrem putridam quam illa 2a
causa est grossicies et subtilitas
humoris quia citius mouetur ad faciendam
febrem putridam humor subtil
quam grossus et ideo quia colera
est subtilior intra citius facit suum
motum scilicet de 3o in 3m melancolia vero
de quarto in quartum Tercia causa disponens
est humiditas et siccitas humoris
humor enim humidior citius putrescit
quia humiditas est principium materiale
putredinis et quia flegma est humor
humidior ideo citius putrescit quam colera
aut melancolia Quarta causa est cognacio
nature ad humorem et ideo cum
sanguis magis regatur a natura
quam alii humores ideo tardius pu-
trescit quam alii humores Secundo

est febrem sanguineam dare sine pu-
tredine / quod non est dare in aliis
et ideo de quanto plus hic dicitur cause
concurrunt ad putrefactionem de
illis causis disponentibus de tanto
citius putrescit et de quanto
minus tardius Cum igitur sanguis
fla est huius plus causas putre-
factionis quam alii humores ideo
citius putrescit habet enim illas
causas scilicet multitudinem humiditatem
et subtilitatem Propterea colerica
citius movetur ad putredinem quam
melancolia quia in ea sunt plures
cause disponentes ut ibi est
subtilitas Sed diceres tunc sanguis
deberet citius putrefieri cum ibi
sunt plura putrefactionis scilicet calidum
et humidum / ad hoc respondetur
quod est verum est quam delinquitur
a regimine nature quando autem
non tunc non oportet

Et sanguinis locus

hic distinguit febrem putridam
ex parte loci dicit quod sanguinis
locus est inter venas Ideo facit
continuationem aliquam interpollatam
Nota humores putrefieri extra ve-
nas faciendo febrem intelligitur
dupliciter Uno modo extra venas
scilicet omnes tam parvas quam magnas
et sic non est verum quia sic
sint non haberet viam manifestam
sed cor aliquam extra venas scilicet
magnas Uno primo humores
non putrescunt extra venas secundo
Replicatur Sanguis putrescit extra
venas igitur patet i apparet ite
ut patet 3a hic cao de flegma
mate est enim materia apparens ibi

extra venas scilicet in possibus membri
quando putredo laudatur
Idem dicit Avicenna 3o Colliget cao
de causis egritudinum calidarum
et humidarum ubi dicit quod san-
guis potest febrem interpollatam
generare Idem Galienus in afforismo
Si in ventre sanguis effunditur
necesse est in saniem converti
aut putrefieri Nota quod quidam
est locus sanguinis naturalis
et ille est in venis magnis
Ideo facit febrem continuam
Alius est locus eius extra naturam
ut extra venas et in illo loco
potest putrefieri / quia 2o de ge-
subtilior eius pars convertitur
in coleram grossior in melancoliam
extra venas Ad racionem respondetur
quod verum est sed non stat aliquem
tempore sub forma / sed uno egre-
ditur a forma et natura sua
ut patet Ad aliud respondetur quod
verum est quam permutatur ad alios
humores ut coleram et melancoliam
tunc faciunt illi humores tercianam
et quartanam Ad [Sed] Galienum tunc dicendum
quod statim in aliam naturam transit

Et quandoque putrescunt

hic ostendit quando sit febris inter-
pollata et quando continua
et dividitur in duo primo facit
hoc 2o ostendit quare sit febris
continua et quare interpollata
Ad primo ostendit quando sit febris
interpollata 2o quando sit continua
dicit quod in humoribus qui putre-
scunt extra non est putredo ut
in hiis mensibus quia 1a
faciunt febrem continuam propter quam

motu ad cor fuerit et ille febris
totaliter eradicantur et tamen non
est ita de flegmate quia in ea
sunt reliquie occulte Nota propter
quare in febre flegmatica inter-
pollata remanent alique reli-
quie occulte quia flegma est
in maiori quantitate quam colera et
intra et est humor multum humidus
Ideo racione multitudinis et humiditatis
partes aliquae sunt elevari putridi propter
ideo sunt reliquie scilicet colera et intra
non sunt tante multitudinis et humiditatis
ideo non fiant sic Secundo Nota quod tria
est causa continue et est triplex causa
interpollacionis febris Prima
causa continuitatis febris est continuitas materie
accedentis ad cor quia in febre
continua materia que actu putrescit
est continua et alia que est infecta
ad putredinem et est aliud ab ea
sunt in concavitatibus venarum et
quia continue sunt febres continue
quia inducit continue putrefactionem in ante
ideo sit continuitas febris Secunda
causa continuitatis febris est
continuitas continuitatis venarum et
tunc ille due materie predicte sunt
ibi ideo sunt non possit exalare
ideo ducuntur per illas venas con-
tinuas ad cor et sic semper sit
febris Tercia causa continuitatis febris
est continuitas instrumenti materie
quo ducuntur sunt putridi ad cor
ut sunt sanguinis et spiritus qui
in venis sunt continui cum materia
putrida in venis Per oppositum
sunt tres cause interpollacionis
febris sive tercie Prima est
discontinuitas materie quia sunt con-
iuncta quia in illa febre materia
una est inter venas et materia continua

est extra venas Ideo cum continua sit
extra venas non potest continue
inducere putridam in materia ante
sicut si ambe essent inter venas
Secunda causa est discontinuitas
continuitatis quia sunt aptie per porosi-
tates possunt resolui ut eundo
semper ad cor per venas Tercia
causa est discontinuitas instrumenti
quia sunt mali non sunt continui
cum sanguine et spiritu ideo non du-
cuntur per ea ad cor continue
Ideo sit interpolacio febris ut dicitur
est periodos id est dilaciones affliccionis

Et quando putrefiunt

hic ostendit quando sit febris gra-
vis Et dividitur in duo primo facit
hoc 2o ponit notabile dicit quod
humores sunt in venis sunt
febres continue Nota quod dicit ve-
hemencia etc quod in febre continua
potest esse maior afflictio duobus
modis Uno modo in die affliccionis
et sic est verum quod colera plus et
forcius movetur de 2o in 3m
naturam et intra de 4to in quartum
et sic forcius affligitur paciens
quia sicut quod natura magis
movet materiam tanto magis affli-
gitur paciens Secundo intelligitur quod sit ma-
la afflictio in febre continua in hora
motus humoris sic etiam est verum
quod sic affligitur in primis sex horis
est sanguinis Hore colere sunt
a meridie usque ad vesperas hore
melancolie sunt a vesperis usque
ad mediam noctem et post hec
regnat flegma usque ad horam
noctis donec fit tercia lucis

Et quia putredo

hic ponit notabile dicit quod cum pu-
tredo est inter venas ad ut dicitur

cordi ppinqs tuc maie no est
vna afflicio maior alia Nota
putredinem esse in omibs venis
est dupr Uno° qualiter tam
in maioribus qm in paruis sic no
intelligit quia sic putredo
duceretur magis ad morte qm
ad febrem putridam quia na
posset pati tamq di putrefactam
Redo mo vt sic sit q putredo
in omibus venis a sub ascellis
vsq ad inguina sic intendit q
non est maior afflicio in vna
die qz in alia vel in vna hora
qz in alia saltim nobilit Redo
Nota q triplex est causa quare
febris continua no affligit magis
vna qm alia hora vel vna
die plus qm alia saltim nobilit
Prima est multitudo putredinis
quia tunc continue sunt eleuantur
ad cor et hic tangit cum dicit si
putredo dominatur sup venas et
Secunda causa est ppinquitas pu-
tredinis ad cor vt in causone tunc
cor ab illis sumis continue affligitur
quia continue sunt eleuantur et
saltim no est notabilis diuersitas
et hoc tangit cum dicit et sim
ptum eius Tercia ca quam no
tangit hic est equalis resolucio
fumorum et accessio putredinis vt
in ethica quia tm acquirit de
putredine quantum resoluitur de
fumis putredinis

Et febres putridis

hic dat causam quare sit febris
interpollata et quare continua
prima in tres primo ostendit
quare sit interpollata adhuc
in quatuor primo facit hoc
d Alt quarto hic probat quod dixit
primo q de putrida ma continua

venas sit ~~continua~~ interpolata Redo
q de putrida ma sit venas sit
continua ibi cum aut putredo pa
in duo primo ostendit causam
quare interpolata recedit et non
continuatur Redo quare redeunt
ibi et si iam remansit dicit
primo licz quecumqz materia dispo
sita resoluitur et minoratur
et deuenit ad hoc q no potest
~~continuare~~ facere febrem febris
ntio cessat sz cum ma est circa
venas deuenit ad hoc q no
potest continuare caliditatem
ergo tunc febris ntio cessat qua
nota et minor simul et minor
patet in lra quia precedente
putrefactam minoratur materia
et vltimo cessat Nota q triplex
est causa cessacionis ponit febris
et redicionis eius Una causa
sumitur a ma quia materia
heroruissimi sz humiditates sine
humiditas putrida consumitur a calore
qua consumpta sit cinis et ibi
no potest remanere calor Reda
ca sumitur a calore preternaturam
qui cum funditur i humiditate
qm consumit qua consumpta cessat
pcrisis Tercia causa sumitur
ex parte resolucionis fumorum
quia cum illa ma non sit in
venis sunt resoluuntur qui
eleuantur a tali ma p poros
et cessat febris Primo hunc
ponit primam tamen in lra vna
post aliam vide bene ma que
putrescit i est disposita ad putrescendum

Sicut videtur

hic declarat dictum suum p experimentum
sicut patet in cumulo stercorum
Licz calor preternaturam consumit

humiditate quo facto cessat febris
similiter hic intelligitur Nota
hic fieri rinceton in corpore humido
intelligitur dupliciter Uno modo
quod fiat cinis simpliciter Se[cundo]
ut ex lignis sic non est verum
quod patet quia nova febris
ex materia remanente potest generari
quod tamen non fieret si fieret
cinis simpliciter Secundo modo quod
fiat cinis secundum quid non rema-
neat tamen humiditas que sit
sustentamentum caloris preternaturalis
tunc sed postea cum materia aggregatur
iterum sic intelligitur Auicenna

Et si iam hic respondet
eidem questioni dicit aliquis
dictum est quod consumitur materia faciens
paroxismos et cessat febris dicit
aliquis que est causa adventus
paroxismi alterius cum materia sit
consumpta Respondet dando
duas causas dicens Ex materia in
remanente remansit aliqua cali-
ditas que est causa attractionis al-
terius humoris vel humiditatis
que est disposita ad putrefactionem
et hec que sit donec tota materia
consumatur et sic semper renovatur
paroxismus Nota quadruplex
est causa redditionis paroxismi
Una est caliditas preternaturalis
remanens in loco minera putre-
factionis quia quamvis sit consumpta
ipsa materia tamen adhuc re-
manet aliqua caliditas que
tamen non est sufficiens facere
febrem et ista caliditas manet
ibi in reliquiis materie et
membri et illa attrahit ca[usam]
antecedentem quia caloris

est attrahere Secunda causa est dispo[sitio]
materie antecedentis ad putrefactionem
quia materia que est in venis
disposita putrefactioni ut si tota
libra una vel sit disposita ad
putrefactionem non tamen putride
efficitur primo et non putrefacta
actu sed magis disposita aliis
sic illa vadit prius ad locum minere
et sic illa per vicinus tota habet
et sic et sic paroxismos Tertia
causa est naturalis vel virtus expul-
sivus membri in quo est materia
antecedens expellit partem materie antecedentis
que magis putredini est parata
quia est magis nociva ideo
expellit ut cremetur a calore
extraneo existente in loco minere
Quarta causa est determinatus
locus humoris quia humor dicitur suus
naturalis habet ut plus esse in loco
suo determinato ut melancolia in splene
colera in cistifellis et flegma
in stomacho ut plurimum Et sic
dico de loco determinato sic dico
de loco minere quod humores ocasione
putrescunt ibi Ex quo magis
ad illa loca delegantur et
due prime cause ponuntur in ka[nu]

Res ergo hic concludit
intentum suum dicens quod ergo
materia que putrescit et re-
solvitur quamdiu caliditas movetur
et humiditas sic semper transit
de una parte ad aliam donec
tota consumatur non autem simul
et semel quia sic non essent
quatuor particularia pro-
sicut non sunt Ideo sic successive
transitus caliditatis de parte
humiditatis ad partem et hoc est
sic per viam attractionis quod calida

attrahit ergo ut dixi transit ibi-
lige large ubi ut dixi secundum manet
calliditas in loco membri et tra-
hat ad se materiam antecedentem
et sic in loco inflamet non trans-
eundo realiter de loco membri infi-
rator secundum illorum tertiorum per inflationem

Cum autem putre

Hic ostendit quare sit febris conti-
nua dicens Cum igitur materia que
putrescit in venis resolutiones
sunt et inficiunt aliam materiam
hic autem ponit 2am questionem Dicens
quando materia putrescens est int-
venas facit febrem continuam
et arteriis sic tunc sit continua cum
materia complete est difficilis
resolutionis i. cum difficulter co-
plete resolvitur si cum materia
putrescens est inter venas etiam de-
bitum quo vadit a corde patet quia
cum non potest resolvi tunc una
pars putrescit integrum pars
resolvitur Unde tunc erit continua

Secundo inter probationem duplicat primo
quia illa materia totaliter est con-
tinua in cumulo propinqua cordi quia
in venis et ex putrefactione unius
pars alia ad putredinem disponitur

Secundo probatur sic conclusio quia
omnes vene sunt continue et propin-
que a quibus putrida fuligo emitti-
tur per cordi ergo sit continua Nota
duplicem tangit hic tres causas
continuitatis febris Prima est ca-
liditas materie autem cum quantita-
te Ideo cum quantitas sit actu
putrefacta putrefaciat reliquam
sibi secundum contactum Secunda causa
est continuitas venarum ideo non
possunt sic resolvi ad extra
ideo vadunt ad cor continue et tangunt
ibi et non resolvuntur putrida
Tertia causa est continuitas in-
strumenti membri quo fertur
sic putredo ad cor et illa sunt
sanguinis et spiritus quia illa
vadunt semper ad cor et ducunt
secum illos fumos et tangit se
ibi Et ille tres cause ponunt
in littera et unde ibi secundum ordinem

Et iste quorum febres

Hic ponit quoddam notabile faciens
ad manifestationem febrium put-
ridarum Et dividitur in duo secundum
duodecim notabilia Prima in duo
Primo ponit unum notabile dicit
quod febres interpolate aliquando
dimittunt suum ordinem Notandum quod
ordo quem possunt dimittere febres
interpolate est triplex Unus
est ordo longitudinis et brevitatis
quia unus paroxismus potest esse
longus et sequens brevis vel
econtra Secundus ordo potest esse
ordo anticipationis et et postpositionis
ut unus potest incipere in unius
2a quod in meridie vel aurora Tertius
ordo potest esse ordo dierum quia
possibile quod febris interpolata
non affligit in die qua debet
ut tertiana debet affligere de 3
in 3m forte affligit 1 2a die
si mutatur ad cotidianam sic
de aliis Causa quare dimittunt
istum ordinem patebit in sequenti
parte manifeste

Propter diversitatem

Hic dat causam eius dicti primo unam
dicens Causa quare dimittunt
ordinem suum est subtilitas et

grossicies mē multitudo et pau-
citas et diversitas s̄m speciem vel
genus Nota p̄mo q̄ multitudo
et paucitas mē sunt cā dimissiōis
ordinis in interpollatis i sunt cā
anticipaciōis et postpoīs proxismi
quia mā subtilis anticipat et
a nā cicius movetur sed grossicies post-
ponit ppt̄ causam oppositam Et
diversitas s̄m speciem vel genus
est ppt̄ permutacōem ordinis i dic
vt si colerica permuttatur in flanca
vel q̄rtana iste tres cause prīt
ponuntur in lr̄a s̄ nō declarat
Secundo nō d a que est causa
diversitatis materie s̄m speciem
vel genꝰ Causa est dupx vna
q̄ vna mā est disposita ad
putrefaccionem vna magis tam
longā alia vt colera si esset dispo-
sita ad putredinem et flā et
tn̄ colera magis / tūc colera p̄o
facit prox^m et postea flā aliter
simul q̄n equaliter sunt dispo-
site ad putredinem Secunda cā est
error mēi vel infirmi vel
assistencium vt si medicus i p̄n° o
febris semp dat infirmo fctis-
sima frigida facit quottidianā
vel q̄rtanā ex terciana et
diversificatur mā vt si semper
daret lactucam vel alīq di p oppo^m
de q̄rtana si darentur calida fe-
ret terciana

Et quoq3 fit ex mali

Hic dat aliam causam dicens Et
dimissio ordinis aliquando fit ex
malicia regiminis Causa est
quia si paciens regat se cum
similibus sue egritudini prolonga-
et anticipabitur vt si cticiarius
reget se cum calidis auget mām

febris Similiter si abstinet i p̄n° o
proxismi vel dormit vel alīq di
que omnia attribuuntur regimi
sue attendunt pancie regi
Causa 2ᵃ est quia ibi virtus
est debilis est causa postpoīs
et prolongacōis proxi Et per
oppositum de virtute forti quia virtus
debilis nō potest ita cito move
et resolvere materiam vt virtus fortis.
Causa tercii dicti est quia q̄n
materia que putrescit est i me-
bro multi sensus sentit statim
nocumentum et natura mota mo
vet et anticipat prox^m Per oppo^m
si nō hʒ multū sensum quia
natura eius sopita nō sentit
nocumentum ppt̄ debilitatem sensus
pacientis et sic fit postposicio pa-
roxismi et longitudo eius

Et paroxism

Hic ponit 2m notabile et dividitur
in duo p̄mo facit hoc dicit
Et febris interpollat vt plurimum
incipit prox^l cum frigore et
horripilacione et vt plurimum terminantur
per sudorem Nota dicit nōnter
vt plurimum incipit cum rigore qr
nō est enim semp quia mā
potest ita modica esse q̄ nō
vadit aliqua ps eius ad lacertos
exteriores sed tota vadit ad
cor et consumitur Similiter nō
semp terminatur p sudorem quia
q̄n materia est grossa et vi-
scosa non convertitur i vapores
sʒ tm̄ subtilis Secundo nota
quare prox^q febris interpolate
incipit cum rigore Causa e
quia cum mā illius febris putre-
fiat extra venas vnā ps illius
materie expellitur a natura

ad lacertos et musculos exteriores
quod sentiens virtus membri
sibi esse nocumentum incitat vir-
tutem naturalem expulsivam ad
expellendum nocumentum et si
est materia acuta pungitiva dicitur
rigor ille motus ut in 3ana
Si viscosa erit frigus ut in cot-
tidiana si terrestris fit horri-
pilatio ut in quartana Sed re-
plicatur videtur quod illi motus
non sint in principio paroxismi febris
interpollate quia sic sequeretur
quod accidens morbi precederet
morbum patet quia isti tres
motus sunt accidentia morbi
2o de morbo / sed hoc est falsum
Nam accidens sequitur morbum
sicut umbra corpus 2o de accidenti
Oppositum dicit hic auctor Dicendum
uno modo concedendo quam ad probacionem
verum est mali ne non sit sine re-
tatem quia febris est sine rei ve-
ritate in eo antequam appareat
typus ibi Vel dicitur et melius
negatur quia ad probacionem dico quod
febris non est morbus illorum
motuum quia ista accidentia
non sunt accidentia febris sed male
dispositionis acquisite in lacertis et
musculis quia cum lacerti et
musculi acquirunt malam dispositionem
que mala dispositio precedit
illos motus Ideo isti motus non sunt
accidentia febris sed eius male dispo-
sitionis predicte

Et non incipiunt

hic dat causam sui dicti / dividitur
in duo / Primo dat causam quare paroxismi
incipiunt ad typos / 2o dat
causam quare timeatur plus
dormire ad hoc facit hic / 2o

removet dubium dicens Quod in paroxismo
febris interpollate propter hoc incipiunt
quia aut materia est frigida et fit frigus
aut pungitiva et fit rigor aut
propter reclusionem caloris aut
est virtus debilis aut propter fri-
giditatem aeris et sic sunt quinque
cause Nota quod tales typi pos-
sunt causari dupliciter Uno modo a causa
extrinseca alio modo a causa intrinseca Ab
extrinseca ut ex aspersione aque
tepide vel frigide super membra
sensibilia ut patet egredienti
de balneo si spargitur aqua frigida
super eum tunc virtus sensibilis
incitat virtutem expulsivam etc
A causa intrinseca causantur dupliciter
aliquando natura expellit Vel in sa-
nitate vel egritudine In sanitate
ut in corpore cacochimico tunc
aliquando natura expellit aliquam
partem eius materie male existentis
in corpore ad lacertos et mu-
sculos exteriores etc Secundo in eg-
ritudine et hoc dupliciter Uno modo
cum febre vel sine febre Si sine
febre tunc typi causantur ex
flate vitreo quod est frigidius
aliis flatibus / quia cum eius id
flegma non tenet febre tamen
eius aliqua pars exit ad lacertos
Si autem illi typi veniunt in febre
hoc est dupliciter vel in febre continua
vel interpollata Si in continua
hoc triplicatur quia vel in principio
febris continue vel in medio ut
in febre sine Si in principio significat
morbi longitudinem vel mortem
quia causantur racione multitudinis
materie vel eius malicia
quia tunc calor naturalis recludit
cum illam materiam Ideo exit

musculi et humi i sunt depau-
perati calore et spu et sunt typi
Si aut venit in medio febris
continue vrpti in signant morte
quia hoc non fit nisi racione magne
malicie mãe et io calor et spus
recludunt ad intra et fit typus
etc Unde ypo Si rigor maderit
Si aut venit in fine febris cõtie
signant salutem quia nã expellit
materiam ad ext et fit sudor vn
ypo A ansone habito etc Si
aut venit in febre interpollata
venit in princi° prox Ca
est quia aliqua ps materie ex
pellitur ad lacertos et fit typus
vt dictum est Et hoc fit scdm di-
uersitatem mãe Si est mã colica
fit rigor Si flãca fit frigus
Si melan fit horr vñ Colá
russa rigor horret nigra flã qz
riget Ex hoc patet causa ptis
quare frigus facit talem motum
quia talis materia nocumentum
in lacertis De 2° patet eadem ca
de tercio patet quia ppt mãm
excluditur calor lacerti et ma-
nent depaupati Tercium pag
ppt debilitatem virtutis calor
recluditur ad interiorem naturam
Causa quare frigus est quia
hoc indicat nocumentum in lacertis
et musculis membrorum exteriorum
et hoc totum visum est prius

Et illud quod sit

hic remouet dubium dicit aliqs
Cherubs preter natura qui cau-
satur a mã calida pungitiua
quod dz vocari dicitur q melius
dicitur horripi° quam frigus et sic
paret no facit hic dram inter
horripi° et rigore Similiter
in multis calidis sequentibus sed
in tota medicina vt dicit Ga
quito de morbo semp rigor vocatur
ex mã colerica et frigus ex flã
et horripi° ex mla

Uerum resolucio

hic dat causam resolucionis mãe
proxismi p sudore dicens Causa
est quia materia que putrescit
resoluitur et consumitur p calore
putrescentem et cu i a humiditas
no sit retenta i venis potest esse
causa sudoris hic videtur sibi
contradicere quia dicit q sit co
sumpta ps dicit q conuertitur i
sudorem Nota q mã proxismi
est duplex quedam que conuertitur
in fumos vt pars magis subtil
et i a facit i mediate febrem et
i a nunquam conuertitur in sudorem
sed resoluitur p poros Alia e
mã que remanet post incinera-
cionem spus sui putridi ab ea no
possunt euaporare et causare fe-
brem tamen postea p membra
potest expelli sz p virtute expul-
siuam et potest conuerti in sudore
s prius expelli ad cute et ibi
propter frigiditatem eius condensari
et ad vltimum conuerti in sudore

Paroxismus aut

hic ponit 3m cam siue no lesiuas
ad manifestacionem febrium putridarum
dicens q proxismi febris continue
no incipiunt cu typus nec terminantur
p sudorem Nota q hoc est vel te
plures et qualibz die si in eis
possunt bene venire typi isti
et sudor ex fortitudine virtutis
expellentis materiam ad ext et
sit semel et no semp sit sz i
interpolata Quar ista ppt debilite

vrtutis causant quia ipsi debilitatem suam virtus reducitur ad ipsum in sed scilicet ad cor et extremitates infrigidantur quod valde malum est Unde ypo amffforum in febribus acutis extremitates infrigidate malum

Et in quibusdam

Hic ponit aliud nobile dicens quod in quibusdam febribus apponit frigus et horror simul scilicet quando materia est ... colerica et flata Nota quod in duplici casu apponitur horror et frigus unus est quando materia faciens febrem dicitur esse multum frigida quia ab illa parte que actu est putrefacta scilicet in propinqua dispositione ad putrefactionem causatur frigus remanens in sua frigiditate ut patet in lipparia et epiala ... Secundus casus est quando materia faciens febrem in duobus ... composita et colera et flate et tunc ex materia colerica fit rigor ex flatica fit frigus et sic loquitur hic ... quod duo typi causant aliquando quintum ut dictum est

Dubitatur Utrum

spiritus possint putrefieri Et videtur quod non Illud quod putrefit est corpus mixtum sed spiritus non sunt huiusmodi igitur ... tenet ... quarto methe ubi dicit quod putrefactio est passio mixti ... patet quia spiritus de ... actus ut dicit ysaac in libro de elementis ... capitulo et ... primo et 2° de generatione Secundo tunc essent duo

plura quam ... fabrum putridarum quam quia esset dare putrida ex spiritibus sic ... quod ... quia non potest ea Tertio arguitur Illud quod est calidissimum non potest putrefieri sed spiritus sunt huiusmodi igitur ... patet ... methe sed minor patet quia est calidius quod est in corpore ... 3a prima ... de ... membro Quarto Item quod est in continuo motu non potest putrefieri sed spiritus sunt huiusmodi igitur ... patet quarto methe ideo aque currentes non putrescunt Sed minor patet ... de ... quarto ubi dicit quod spiritus continue moventur a corde ad membra ... pulsus est continuus in corpore ... Quinto vel hic esset in toto corpore vel in una parte determinata corporis ... patet per sufficientem divisionem ... quia in toto corpore quod tunc non esset vita quia vita non est sine spiritibus nec ... quia ... in una eadem ratione in alia ... Sexto arguitur Illud cui soli debetur calefactio non putrescit patet quod calefacere aliud est a putrefacere ... 4a ... 2a capitulo primo de ... calefacientibus ... sed spiritus sunt huiusmodi quod patet per ... in toto illo processu ubi dicit quod spiritus inflammantur et numquam dicit quod putrefierent In oppositum arguitur sic omne corpus humidum ... non sit simplex putrefieri potest sed spiritus sunt huiusmodi igitur patet ... in isto tractatu ... in capitulo de ... ubi ... patet per hoc quod ... possit putrefieri sed ... patet

2o Colligitur ca° de complexionibus membrorum
consimilium et non est corpus simplex
quia omnis materia est mixta scilicet san-
guis mixtus arterialis Circa quem
Notandum quod spiritus ut hic supposito
est vapor subtilis in sinistra cordis
concavitate ex subtiliori parte sanguinis
arterialis generatus / et pro hoc dicitur
a spiritu pro vento sumpto aut pro
anhelitu et ideo spiritus sunt
quatuor cause scilicet efficiens et est
cor / materialis et est sanguis arterialis
~~generatus et pro hoc dicitur a spiritu~~
formalis est eius complexio / finalis
est operationes Tunc sit questio

Prima quod spiritus possint putrefieri
probatur quia Omne mixtum
potest putrefieri sed spiritus est mixtum
ergo potest putrefieri / minor patet quia
est ex sanguine Secunda conclusio
quod spiritus putrefacti non faciunt febrem
putridam igitur probatur quia primo
illud quod de facili resolvitur non potest
facere febrem putridam / quod patet
quia illud quod facit febrem
putridam oportet quod maneat tanto tempore
quod ab ipso elevantur fumi ad cor
sed spiritus non sunt huiusmodi patet quia
ratione subtilitatis sue substantie
etiam quia eorum subtilitas non est fixa
nec nature horribilis / igitur non
faciunt febrem putridam sicut
humores Ad rationes Ad primam dicitur
quod non est de natura aeris ipse
quia spiritus est mixtum sed similitudinarie
quia est subtilis mobilis Ad
alias rationes patet

Dubitatur Utrum

humiditates 2e possint putrefieri
Et quod non arguitur quia sic sequeretur
quod febris putrida esset ethica
consequens falsum / patet falsitas quia
ex opposito distinguuntur / probatur
quia / quia fundatur in humiditatibus
2is Secundo sic tunc esset dare quam
plures febres [illegible] quam sunt
patet quia putrida ex humiditatibus
2is et sunt [illegible] falsitas patet
consequentis / quia nec Avicenna nec alii
ponunt eam / Tertio Et talibus
humiditatibus 2is deberet digestio
et evacuatio / patet quia quia non
putridarum digestio et evacuatio
falsitas consequentis patet quia nec auctor
posuit Quarto arguitur In illo
in quo est causa prohibens pu-
trefactionem non putrescit / sed humiditates
2e sunt huiusmodi igitur / quia bona
antecedens patet de se / sed minor patet quia
sunt complexionis frigide et sicce quarum
humorum sed frigiditas et siccitas prohibet
humorum putrefactionem ut patet quarto
methaurorum Quinto arguitur Si illud
quod magis videtur inesse non inest
et sed magis videtur inesse quod sibi
putrefiat quam humiditates 2e sed
sibi non putrescit / antecedens patet in libro
topicorum / sed minor patet etiam quia
nemo hoc ponit Sexto arguitur
Sic tunc stante vita posset fieri
mutatio / patet quia mutatio
fit ex humiditatibus 2is et tunc ille
putrefierent cessaret nutritio
sed consequens falsitas patet 2o de anima
quia quamdiu vivunt tamdiu nutriuntur
In oppositum arguitur Omne
mixtum potest putrefieri humiditates
2e sunt mixte igitur quia bona
et antecedens patet quarto methaurorum quia
putredo est passio mixti / sed minor patet
quia materia earum est mixta [illegible]

8

humores Etiam patet quia nutrimentum
fiunt mixtum quia nichil nutrit
nisi mixtum Nota quod humiditates
et cetera sunt quatuor videlicet prima secundum
doctores quarta tertio de humoribus sed
non non habens res Cambium glu-
tem qualiter se habeant ad invicem
patet alibi Prima conclusio quod humi-
ditates et cetera possint putrescere
per rationes adductas post oppositum
Secunda conclusio quod humiditates et cetera
possint esse causa febris putride
patet etiam quia ab eis possint
resolvi fumi putridi qui erunt
causa febris putride Sed diceres
quare de illis nichil dixerunt
doctores Respondetur quod raro accidit
eis putrescentia Et causa est quia
natura per ulteriorem decoctionem eas
depuravit a superfluitatibus Etiam
natura eas bene custodit propter propinqui-
tatem earum ad membra Et at-
tingunt dispositionem occultam propter quam
difficulter putrescunt Ad rationes
ad primum respondetur quod non
valet quia quia putrida est materia
dependens est ethica vero est in-
dependens Ad secundam dicitur quod non
sunt nisi tria genera a doctoribus
posita propter causam tactam et quod illa
reducuntur ad humoralem putridam
vel dicitur quod essent plura sed de
genere hiis dixerunt doctores
Ad tertiam respondetur quod voluit
doctores quod febribus putridis
generantur convenientibus debet digestio
et evacuatio et cetera Ad ultimam
patet quod staret una putresceret
in uno loco et non alia in alio
loco et tunc non cessaret nutricio
Si autem omnis esset putrescentia
tunc cessaret vita post mediam
et nutricio

Dubitatur utrum

malus cibus possit esse causa febris
putride Arguitur quod non Illi cibus qui
convertitur in bonum humorem non
est causa febris putride sed cibus
est huiusmodi et cetera quia tenet Et maior
patet quia causa febris putride
est malus humor sed minor patet
per Haly 3° tegni in 1° capitulo in
cibis vero perfecte digestus ubi
dicit hoc Secundo arguitur Ille
cibus qui potest bene digeri non
est causa febris putride sed
malus cibus est huiusmodi et cetera quia
tenet et maior patet quia bona
digestio terminatur ad bonam nutricionem
minor patet per Galenum 2° afforismorum commento
19 ~~[illegible]~~ parum deterior et cetera
Tertio arguitur Illud cui solum de-
betur pati non est causa febris putride
sed cibo debetur solum pati igitur
et cetera maior patet quia cause debetur
agere et pati Minor patet quia
calidus cibus 4° [illegible] Idem dicit Galenus 7° de simplici
medicina tertio 3° ubi dicit quod de
medicina cibi est pati et de ratione
medicine est agere Quarto malus
cibus potest esse consuetus igitur quia
tenet quia cibus consuetus posito
quod sit malus est melior quam cibus
bonus non consuetus 1 questione 19 Ex
multo tempore et tamen nullus posuit
bonum cibum esse causam putredinis
Quinto arguitur Sic est de medicina
mala ita est de cibo malo sed mala
medicina et cetera maior patet per similitudinem
sed minor patet per Avicennam in capitulo
de causis putredinis ubi non ponit
medicinam malam esse causam pu-
tredinis Sexto arguitur Causa primitiva
non est causa febris putride sed ma-
lus cibus est causa primitiva igitur et cetera

aor patet in 4o de signis febrium
putridarum in generali 3a 21
tractatus / sed minor patet quia e
res non naturalis et omnes tales
non sunt cause preservative vt patz
2a primi quia sunt cause extrinsece
In oppositum est Auicenna in primo canonis
4 2i tractatus et probatur
quia ex malo cibo generatur
humor putridus etc Nota quod cibus
dicitur malus duobus modis
aut parum malus et est cuius mali
cia potest corrigi a natura forti
vt caro porcina et huiusmodi Aliter
est cibus multum malus et est cuius
malicia non potest corrigi a virtute
vt fungi boleti et carnes corrupte
et sunt illi naturaliter mali / et sic
adhuc dupliciter est cibus naturaliter
malus scilicet racione qualitatis vt
quia nimis calidus aut frigidus
Secundo racione quantitatis quia tunc
ebetat calorem naturalem Tercio dicitur
malus cibus et hoc tripliciter primo
non racione male preparacionis / 2o
racione ordinis vt si grossus cibus
primo recipiatur etc 3o modo racione
temporis vt si recipiatur stomacho repleto
Quarto ad artaculum 2um sit hec
conclusio prima Quod cibus modicum
malus cuius maliciam corrigibilis est
per virtutem non naturaliter facit febrem
putridam patet quia qui non est
virtute existente forti huiusmodi cibum
bene digerit et eius maliciam
corrigit Secunda conclusio quod huiusmodi
cibus malus poterit esse causa
febris putride patet quia quandoque est
contingit esse debilem et quod ipsa
eum non possit digerere et quod inde
multiplicantur superfluitates que
putrefacte erunt causa putride
Ex quo patet quod cibus bonus potest
esse causa putride patet advertenti

Tercia conclusio quod cibus malus naturaliter
et multum non naturaliter est causa febris
putride patet quia contingens est quod
naturaliter esse inclinatum ad talem
cibum et habere properitatem naturalem
ad huiusmodi cibum digerendum quo posito
non causabit febrem putridam Sed
contingens est quod huiusmodi cibus recipiatur
in quantitate valde parva sic quod
non possit tantum de humore malo generare
quod sufficiat facere febrem putridam
Quarta conclusio quod cibus malus
naturaliter multum est causa propinqua
corporis ad febres putridas vt
generaliter patet quia generant malos
humores qui apti sunt ad putre-
factionem igitur etc Ex hiis patet ad
raciones

Et quandoque componi

sic ponit quintum notabile febris
putride dicens quod aliquando proxi
febris interpolate componitur et
apparet ac si esset continua vt si
duo humores putrescunt et quando
vnus paroxismus deficit stati
tunc alius paroxismus sequitur alter et putatur esse continua
Nota quod ex paroxismorum febrium
interpollatarum in generali quandoque est
dispositio est triplex / quedam vocatur
subintrans et est cum febris vna
intrat super aliam vt si vnus paroxismus
durat per aliquod tempus et alter
paroxismus incipiat in medio paroxismi
Concomitans vocatur altera scilicet
cum simul incipiunt materie putrefieri
et affligere simul vt si due colere
simul in diversis locis putrescunt
simul incipiunt et affligunt Tercia
dicitur coalternata et est cum vnus
paroxismus desinit quod tunc alter incipit
et dicit in textu quod distinguere

voluerit de aliis modis compositionis
in capitulis sub 1 de cimitero et aliis

Et periodi hic ponit
sextum nobile dicens quod proxi
febris interpolate aliquando prolonga
propter septem de causis et ponuntur
in littera aliqui etiam abreviantur
aliis septem de causis oppositis
Causa primi est materia gros
sa magis resistit nature quam sub
tilis Ideo non potest ita cito ex
pelli sicud subtilis sicut de cibo
grosso et subtili respectu digestionis
Causa 2i est quia multa materia
non potest ita resolvi sicut pauca
igitur prolongatur proxismus Causa
tercii est quia materia inobilis cicius
movetur a natura igitur cicius
expellitur per oppositum de grossa
ut in materia lenta Causa quarta est
quia virtus debilis non potest ita
cito resolvere materiam sicut fortis et
hoc in morbo salubri quia in morbo
mortali virtus debilis est causa
abreviacionis morbi scilicet ad mortem
Causa quinta est natura non expellit
materiam nisi gravata sive sen
tiat nocumentum Ideo quando est debi
lis sensus tarde sentit per oppositum
de multitudine sensus Causa
sexti dicti est quia racione op
pilacionum materiam non potest de
facili resolvi et ideo per oppositum
in raritate pororum cito resolvitur

Et paroxismum iterum
hic ponit septimum nobile dicens
quod aliquando in proxismis fit anti
cipacio aliquando postposicio propter causas
positas in littera Nota causam primam
quia aliquando materia est pauca non
multum ~~gravat~~ gravat nam

ideo est sopita ad expellendum materiam ad
locum minus per oppositum de multa
Causa 2i est quia materia grossa multum
resistit nature Ideo fit postposicio
proxismi Causa tercii est quia
in materia multa fit multa putredo
et cito gravat naturam et igitur
cito expellitur et fit anticipacio
ut patet in estate preter quam in estate
vitreo quia calor ita est fortis quod non
cito movetur a natura igitur fiunt
aliqui cotidiana aliquando protractione
Causa quarti est quia humor subtilis
citius movetur a natura ut colera
citius quam melia

Et deteriores quid
